UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Suspensionis Effectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

Sed Suarez *ſect.* 4. *à n.* 10. ait cum Soto, hanc etiam ſuſpenſionem derogatam eſſe per non uſum, additque, nec ſatis ex citatis teſtibus colligi, ſuſpenſionem hanc eſſe latæ ſententiæ, *p.* 5. *t.* 10 *reſ.* 49.

Suſcipientes [illegible] *durante matrimonio.*

4. Quomodo ſuſpenſio contrahatur per malam Ordinis ſuſceptionem dictum V. *Ordinis ſubiectum, & ibid. n.* 48. Hic nota, quod ſi quis durante matrimonio ſacros Ordines ſuſcipere præſumeret, incurreret ſuſpenſionem Extravag *Antiquæ.* Ioan XXII. à qua abſolvi non poſſet, pro miniſterio poſt mortem uxoris, vel pro aſcenſu ad alios altiores, aut pro capacitate officii, vel beneficii Eccleſiaſtici, niſi per Papam, aut in approbata Religione profeſſus per diœceſanum. †intellige de illis Religionibus, quæ non communicant in privilegiis Mendicantium†. Sed quia Bulla lata eſt contra præſumentes, non ligaret ſuſcipientem ignoranter, aut bona fide Præpoſitus 3 *p q.* 3. *dub.* 5. *n* 40 *p.* 5. *t.* 10, *r.* 59.

Et Epiſcopi ordinantis non ſubditum vel in aliena diœceſi ſine licentia.

5. Incurreret etiam ſuſpenſionem Epiſcopus ordinans Clericum non ſubditum ſine dimiſſoria, vel in aliena diæceſi ſine licentia Vide V *Ordinis, n.* 42 Clericus ſodomita non incurrit ſuſpenſionem. Vide V *Clericus ſodomita.*

SUSPENSIONES Effectus.

SUSPENSUS *ab Ordine, ſi exerceat Ordinem ſuſpenſum fit irregularis.*

1. PRæcipuus ſuſpenſionis effectus eſt, quod exercens actum, à quo eſt ſuſpenſus, ſi materia eſt gravis, peccat mortaliter, & ſi eſt actus Ordinis, incurrit irregularitatem Papalem *c* 1 *cum medicinalis, de ſent. excom in* 6. *c* 1. *de ſent. & re iud. in* 6. *c ſi quis Epiſcopus in conſilio, & c ſi quis Epiſcopus damnatus* 11 *q* 3. quam non bene Maiolus extendit ad uſum beneficii, vel iuriſdictionis, ut ait Suar. *diſp.* 26. *ſect* 2. *n* 6. Qui *n.* 3 bene advertit ſuſpenſum, quoties excuſatur à culpa, excuſari etiam ab incurrenda irreg *p* 5. *to.* 10 *reſ.* 9.

Secus, ſi ad ſuperiorem aſcendat Vel ſuperiorem exerceat.

2 Suſpenſus ad Ordine, ſi ad ſuperiorem Ordinem aſcendit, non fit irregularis: quia hoc non exercitium Ordinis, Vide V *Ordinis n.* 10. Idem dico cum Cornejo *tr.* 5 *diſp.* 2. *q.* 5 ſi ſuſpenſus ab inferiori, exerceat actum ſuperioris, quia non exercet Ordinem, à quo directè ſed à quo indirectè, & per conſecutionem ſuſpenſus eſt, *p,* 5. *t.* 10. *reſ.* 5. §. Verum, circa medium.

Vel Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, celebret cum illis

3. Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, celebrando in Pontificalibus, non fit irregularis: quia non eſt ſuſpenſus à ſubſtantia celebrationis, ſed ſolum quoad ſolemnitatem accidentalem. Avila *p.* 7. *diſp.* 9. *ſect.* 2 *dub.* 2 *p* 4 *t.* 2. *reſ.* 92. § *Notandum, & p.* 5 *t.* 19 *reſ* 4 § *Sed difficultas.*

Nec fiunt irregulares Suſpenſus à concionando. Vel à ſuſceptione ſacramentorum, ſi contraveniant. Aut Clericus ſuſpenſus ab officiis, ſi illis aſſiſtat ut laicus.

4 Non incurrit irregularitatem ſi concionetur, etiam ſolemniter ſuſpenſus ab officio concionandi, quia concionari non eſt per ſe actus Ordinis. Tannerus *tom.* 4 *diſp.* 6 *quæſt.* 10, *dub.* 7 *n.* 137 contra Navarrum *c.* 27 *n.* 173. *p* 5 *t.* 10 *r.* 30. Eadem eſt ratio de ſuſceptione ſacramentorum ab eo, qui ab eorum ſuſceptione ſuſpenſus erat Bonacina *de cenſ. diſp.* 3. *pun.* 4. *n* 6. *p.* 5 *t.* 10. *reſ.* 26. Et Eadem de clerico ſuſpenſo ab officiis divinis, ſi illis aſſiſtebat tanquam laicus Filliucius *to.* 1 *tr.* 17 *c* 2 *num* 32. contra Sylveſt. V *Suſpenſio, q* 5. *p* 5. *tr.* 10 *reſ* 12

ACTUS iuriſdictionis procedentes à ſuſpenſo denunciato, ſunt irriti. Actus vero Ordinis, validi.

5 Peres: An acta ſuſpenſi ſint valida?. Reſpondeo, actus juriſdictionis eſſe invalidos, niſi ſit occultus, in quo caſu ſupplet defectum Eccleſiæ, ſed ſi non eſt denunciatus, invitatus ab aliis, validè & licitè juriſdictionem exercet, ut de excommunicato tolerato dictum eſt ſuo loco Suarez *diſp.* 26 *ſect* 2 *n.* 2 Actus autem Ordinis ſunt validi, etiam in denunciato, præter abſolutionem ſacramentalem, quæ eſt etiam actus juriſdictionis: quam ſi non eſt toleratus, invalidè exercet: unde, ſi eſt toleratus, valide etiã abſolvit Victoria *de clav n* 227. contra Sotũ *in* 4 *d* 22 *q* 1. *a* 5. *conc.* 2. *p.* 5 *t.* 10 *r.* 52

SUSPENSUM *non tenemur vitare in actibus à quibus ſuſpenſus eſt*

6 Alter effectus ſuſpenſionis communiter aſſignatur, quòd poſt denunciationem nemo poſſit cum ſuſpenſo cõmunicare in his, à quibus ſuſpenſus eſt Quod cum Navarro *c.* 27 *n* 163 eatenus verum puto, quatenus quis cooperaretur illi in delicto, ob quod fuit ſuſpenſus

vel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vnde ſecluſo ſcandalo, & cooperatione poſſumus aſſiſtere ſacro celebrato à ſuſpenſo

vel illum abſque neceſſitate ad ſecum in divinis communicandum induceret, ut generaliter de malo miniſtro diximus V. *Scandalum.* Si autem ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ in Eccleſiam intret, nõ tenebor exire; immò ſi ſuſpenſus ab Ordine celebret, poſſum aſſiſtere, non tamen cooperando. Nam ex vi præcepti Eccleſiaſtici tenemur quidem vitare excommunicatum denunciatum non tamen ſuſpenſum: cujus ea poteſt eſſe ratio, quia ſuſpenſio non reſpicit per ſe cõmunionem cum fidelibus, ſicut excommunicatio. Corneio *diſp.* 2 *dub.* 1. Vide etiam Suarez *diſp.* 14 *ſect.* 3 *n.* 4 & Sayrum *l.* 4 *c.* 11 *n.* 6 *p* 5 *to.* 10 *reſ.* 20.

Quibus actibus privet ſuſpenſio, dictum eſt V. *Suſpenſio* nam hoc ad naturã ipſius potius, quam ad effectũ pertinet

SVSPENSIONIS Ceſſatio.

SUSPENSIO *lata ad tempus. Aut ſub tali cõditione Ceſſat, tranſacto tempore.*

7. SVſpenſio lata eſt ad certum tempus, elapſo tempore, ceſſat abſque alia abſolutione. Et contra Suarez *diſp* 29. *ſect.* 2 *n.* 14 ſi lata eſt ſub conditione, *quouſque ſatisfeceris*, poſita ſatisfactione, ceſſat ſimiliter ex ſe, quod non contingit in excommunicatione; quia hæc non ceſſat ſine certa forma, *c. ſi ſervetur* 7 *q.* 3. ibi *quouſque Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorẽ circa eos ferre ſententiam, & c. à nobis*, ibi, *abſolutionis etiam formam.* Suſpẽſio verò (& ſecundùm Anguianum *de leg.* 1 2. *contr* 3 *n.* 48 etiam interdictum) ceſſat poſita voluntate, etiam tacita ſuperioris, quæ reſultat ex illis verbis *ſuſpendo quouſque ſatisfeceris* Adde, quod conſuetudo, ita recepta eſt quoad ſuſpenſionem, non quoad excommunicationem: quamvis aliqui idem doceant de ea, *p* 5. *t.* 10. *reſ* 24

Vel poſita conditione.

Et latam ob contumaciam aliqui dicunt ceſſare ceſſante contumacia

8. Suſpenſio lata abſolutè ob contumaciam, non ceſſat ſecundum Layman *lib* 1. *t.* 6 *p* 3 *cap* 4. *num* 2 per hoc, quod reus recedit à contumacia, & offert ſatisfactionem: quia non fuit lata ſub tali conditione, nec ullus textus eſt in contrarium. Sed Megalius *in* 3 *p. lib.* 5. *cap* 2 *q.* 1 *num* 2 & 3. putat ceſſare: tum ex *c. ex litteris, de conſt.* & can. *Presbyter* 1. *quæſt* 5. tum quia non tolli abſque abſolutione per reſipiſcentiam, ſtatuitur ſolum de excommunicatione, *c. cum deſideres, de ſent. excom.* Tum denique, quia in abſolutione excommunicationis & interdicti, *c. qua fronte*, ſtatuitur præſtandam eſſe cautionem juratoriam, nec ibi ſit aliqua mentio ſuſpenſionis abſolvendæ, quod ſignum eſt, eam per ſe evaneſcere, *p.* 5 *tr.* 10 *reſ.* 25

Omnis tamen ceſſat per appellationem

9 Tollitur etiam ſuſpenſio, ſeu magis ſuſpenditur per appellationem juxta dicta V. *Appellatio* n. 18

Et abſolutionem Quamſi non eſt reſervata.

Præbere poteſt Epiſcopus.

10 Quando autem exigit abſolutionem, tunc abſolvi poteſt ab eo, qui eam tulit, vel ejus ſuperiore. Si verò eſt à jure, & eſt reſervata Papæ, ab eo tantùm abſolvi poteſt niſi delictum ſit occultum, quo caſu militat decretum Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap* 6 concedentis facultatem Epiſcopo abſolvendi diſpenſandi in omnibus occultis. Qui abſolvere ſimiliter poteſt publicam, ſi nemini reſervata eſt, juxta textum *cap. nuper, de ſent excom* propter paritatem rationis cum excommunicatione. Eam tamen non poteſt tollere Parochus, vel ſimplex Confeſſarius, quia requirit juriſdictionem in foro exteriori, & diſparitas de excommunicatione eſt, quia hæc impedit abſolutionem peccatorum. Hurtadus *de ſuſp. diff.* 12. *numero* 31. Quamquam Præpoſitus *quæſt* 3 *dub* 4. *numero* 31 etiam ſimplicem Confeſſarium poſſe eam abſolvere doceat, ſi retinet rationem cenſuræ, *part* 5 *tom.* 10 *reſolut.* 23.

Et ſecundum aliquos etiam ſimplex Confeſſarius.

11. Cum Clericis ſuſpenſis ratione Ordinis malè ſuſcepti, diſpenſare poteſt Epiſcopus, ut videre eſt. V. *Ordinis num* 12. & Confeſſarius per Cruciatam. Vide V. *Bullæ Cruciatæ*, *num.* 42.